


Henning Wegner Friedrich Behn

Disputatio III. Ad I. rei 23. & seqq. usq[ue] ad I. 40 Tituli XVI. lib. L. Pandect. De Verborum Et Rerum Significatione

Regiomonti, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769808115>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Cuvoc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autt' regi' str.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure deactionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bursfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aoweloe. de praerogationibus.
13. Both de anatop' rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concurren' actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26²-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Wincoop de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per jus canonicum perversè tentata.
34. Sbreit de actione quae ex mala munieris administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxones sine curatore contrahentis.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43². de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantibus in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum rescriptis eorumque usu moderno.
50. Sahn de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudius Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communis ejusdemque jure.
53. Schmid de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Napoo de impensis in rem alienam a l. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotatium serviens vidua mortua
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in omni
ra debiti.

DISPUTATIO III.

Ad l. rei 23. & seqq. usq; ad l. 40
TITVLI XVI. lib. L. Pandect.

DE VERBORVM ET
RERVM SIGNIFICATIONE.

QVAM

DEI iuvante gratiâ

Sub Præsidio

HENNINGI WEGNERI I. U. D.,
& Professoris ordinarij.

In Academiâ Regiomontanâ publicè
tuebitur

FRIDERICVS BEHM,
Regiomonta: Borussus.

Ad diem 2. Septem.



REGIOMONTI
Excusa Anno clō 10 CXVII.

Reverendo, Clarissimo nec non Doctissimo viro
DOMINO

JOHANNI BEHM SACRO-
sanctæ Theologiæ D. Illustrissimo-
rum Borussia Ducum Concionatori, in Aca-
demia ibidem Professori, & Sambienfis
Consistorij Assessori dignissimo,
patruo suo.

*Viris quoque longo rerum civilium
usu laudatissimis,*

Dn. IOHANNI GRUBEN CU-
ratori suo ac Tutori.

Dn. CHRISTOPHORO BEHM
suo itidem Curatori, Tutori
ac Patruo.

Civibus veteris oppidi primariis.

Hanc Disputationem juridicam

Dicat & consecrat.

FRIDERICVS BEHM.

Ad l. Rei 23.

REI appellatione et causæ & jura continentur

Rotum est rei nomen esse transcendens. In jure autem referatur necesse est, vel ad subjectum, vel ad finem, vel ad media; ex quibus omnem juris prudentiam constari, ex naturâ Philosophiæ Practicæ doceri potest. *Arnis 2. Polit. 2.* Sed de fine, qui per se notus esse debet, non multi sunt juris nostri authores. De subjecto & medijs quibus in illud finis inducatur, quia difficilior, igitur est & plenior tractatio. Subjectum sunt actiones humanæ: media leges. Legum proinde objectum hominum actiones, *Alb. Gentil. 1. de nup. 8.* quæ cum in suo obtinendo aut obtinendi modo occupatæ sint, et suum cujusq; vel in personâ sit, vel in rebus externis: factum est ut primo & ultimo objecto nomen proprium accipientibus: Rei appellatio secundo relinqueretur. *S. omne à jus. fin. inst. de l. N. G. & Civil. †* Eâ significatione res in patrimonio aut extra patrimonium computantur. *de quib. in l. 5. Sup. h. tit. †* Sed rei appellationem etiam ad media referri, hæc lex docet. Media dixi leges esse seu jus quod de rebus est, *argt. l. 2. de legib.* Jus autem oritur ex facto. *per vulg.* Jura hic sunt dominium, obligatio, & eorum species. Causæ sunt, ex quibus dominium aut obligatio est, modi acquirendi dominiij aut obligationis. *l. nunquam nuda, 31. de acquire. rer. dom. §. Sequens. 2. inst. de oblig.*

Ad l. 24.

Nihil est aliud hereditas, quàm successio in universum jus, quod defunctus habuit.

Heredem veteres dixerunt pro domino. *S. fin. inst. de her. qual.*

qual. & diff. Ergo & hereditatem pro dominio. l. 70. §. 1.
inf. h. tit. Dominium jus est domini. l. in rem 23. de R. V. l. 1. de
 2. acq. rer. dom. Donel. 9. com. 8. † Domino igitur mortuo et-
 iam dominium stricta ratione evanuit, & res eius in nullius bonis
 sunt. l. 2. in pr. de R. D. Non entis enim nullæ qualitates
 3. sunt, nec dominium esse potest sine persona, cujus sit. † Verum
 utilitatis gratia placuit, ipsum dominium etiam post mortem
 domini durare, & ne accidens sine subiecto esse videretur, ipsum
 quoq; defuncti domini personam sustinere, & re presentare: qua-
 le dominium deinde hereditas dici cœpit. l. hereditas. 34. de acq.
 rer. dom. Hot. 3. obs. 19. Dicitur exinde ipsamet domina, aut do-
 minus. l. liber homo 13. § si Servus. 2. ad. l. Aquil. l. non minus,
 31. § Hereditarium. 1. de her. inst. l. deniq; 13. § quæsitum. 5.
 4. Quod vi aut clam. l. 1. § 1. Si is qui test. lib. esse jus. l. cum heredi-
 tas. 9. C. depos. † Ergo hereditas dominium defuncti. He-
 reditas est successio in universum jus defuncti, id est jus succedens
 5. juri; Br. & Dd. comm. ad rub. de acq. hered. † Hereditas non
 res ipsas denotat, sed jus universale. l. bonorum 208. inf h. tit. est
 nomen juris. l. hereditatis. 119. l. pecuniæ 178. § hereditas. 1. inf.
 h. tit. § incorporales. 2. Inst. de reb. corp. & incorp. Sine ul-
 lo corpore juris intellectum habet. l. hereditas. 50. de hered. pet.
 6. † Non est jus succedendi: Ex eo enim hereditas defertur, & est
 vel jus legitimum aut testamentum. l. ea uero. 3. § de illo. 2.
 pro socio. quod heres ante aditam etiam hereditatem habet: l.
 delata 151. inf. h. tit. § Item extraneus 7. Inst. de her. qual. & diff.
 & intra tempus deliberandi decedens, ad heredem transmittit.
 7. l. cum antiquioribus. 19. C. de jur. delib. † Jus succedens est
 hereditas. respectu heredis quidem, & passive intellectum, potenti-
 tiâ. Eius enim gratia, vt in illum jus defuncti commodè trans-
 feratur, est & hereditas, per quam aditam tempus aditionis ad
 tempus mortis continuatur. l. omnis 138. de R. I. l. heres. 54. de
 8. acq. her. & nondum adita intuitu heredis futuri, vacans dicitur
 & jacens. d. l. deniq; 13 § quæsitum 5. Quod vi aut clam. † At
 quia adita heredi jungitur, l. sed si plures. 10 § filio. 2. de vul. &
 pub. sub. & ita cum apud heredem est actu, proprium eius patrimo-
 nium sit, nec hereditas dicitur, nisi ἀναφορικῶς, quæ fuerit, non
 quæ

quæ sit, l. item Pretor. 8. § 1. de suis & legit. Alciat. hic num 10.
antequam verò adeatur, eam actu esse oporteat, quomodo non
aliter est nisi active, & respectu defuncti: Donel. 6. com 2. ne-
cessario sequitur, in definitione hereditatis, successionem de jure
defunctum repræsentante intelligendam esse. † Jus succedit 9.
juri non sibi met ipsi, sed alteri. Jus succedens est simul domini-
um & dominus: Jus in quod succeditur, non est dominus, sed
domini viventis. † Successio in jus est, non in ea quæ facti, qua-
lis est possessio, l. cum heredes. 23. de acq. pos. l. possessio. 20. de usu
cap. Gödd ad h. l. n. num 18. & seqq. † Est successio in univer-
sum seu omne jus, non tantum in dominium rerum singularium,
quod universitati inest: l. heres. 37. de acq. vel amit. her. nec
tantum in jus retinendi & persequendi patrimonij; quo differt
hereditas à bonorum possessione. l. 3. § bonorum de bon. pos.
Ius universale recipit accessionem & decessionem. d. l. pecuniæ
178. § 1. inf. h. tit. Et potest esse cum damno junctum. d. l. her-
editas. 119. inf. h. tit. Continet rerum singularium dominium
in se; imò & alià jura defuncti. l. 1. Si ager vestig. l. 1. C. si unus
ex plurib. actiones activas & passivas. §. 1. Inst. de perp. & temp.
acti. itidem exceptiones. l. ult. de excep. re vend. † Continet
jus omne, quod defunctus habuit, tum scilicet, cum incepit dici
defunctus, tempore mortis. arg. l. 3. § bonorum. ibi cum morere-
tur. de bon. pos. Quæ jura viventis fuerunt, sed ipsà morte eius esse
desierunt, non rectè dicentur à defuncto habita: nec proinde
sunt hereditatis. ut in l. 3. § ult. quib. mod. usus. amitt. l. excep-
tiones 7. de except. § non autem 1. Inst. de perp. & tempor. actio.

Ad l. 25.

Rectè dicimus, eum fundum totum nostrum
esse, etiam cum usus fructus alienus est: quia usus fru-
ctus non domini pars, sed servitutis fit: vt via, &
iter. Nec falsò dici totum meum esse, cuius non
potest ulla pars dici alterius esse. Hoc & Iulianus,
& est verius.

A 3

Mocvius

1. Mæuius in fundo suo Tusculano usumfructum constituit Ti-
 tio. Quia usus fructus constituti iure, omne emolumentum
 fundi Titius percipit, *l. usufructu. 7. de usufr.* non sine ambigui-
 tate est, an fundus adhuc totus possit Mævij dici. Paulus vero
 in *h. l. n.* regulam ponit, imò rectè dici adhuc, eum fundum to-
 2. tum nostrum esse, etiã cum ususfructus alienus est. † Regu-
 lam roborat, triplici argumento. Vltimum sumptum est ab au-
 toritate Juriscons. Iuliani. Eius autoritas magna, non tam ob
 generis splendorem, quàm juris peritiam, & confectum ab ipso
 opus edicti perpetui. *Forst. sen. 2. Hist. Iur. Rom. 73.* Nam &
 Præturam & consulatum ab ipso gestum constat. *ex l. an apud. 7.*
 3. *de manum vind.* † Secundum argumentum sumptum est à natura
 rei seu fundi ipsius. Non falsò dictum est, totum meum esse,
 enius non potest ulla pars dici alterius esse. Atq; nulla pars fun-
 di est usu fructuarij. Tantum enim fructus percipiendo suos fac-
 cit. *l. arboribus. 12. S. Iulianus. 5. de usufructu,* qui non sunt pars
 fundi. *l. in ædibus. 9. S. de donatio.* cum & sine fructibus fun-
 dus constet; totum autem sine partibus nequaquam. *arg. l.*
 4. *1. de O. 1. l. si cui 58. de leg. 2.* † Primum est à jure rei. Jus
 quo res aut fundus noster dicitur, est dominium. Usus fructus
 autem non est pars dominij. Dominium refertur ad fundum
 ipsum, de quo hic agitur; jus fruendi, ad fructus, qui non
 5. sunt pars fundi. † Est quidem jus utendi fruendi, quod do-
 minio inest, & non separatum à proprietate. *l. uti fru. 7.*
si usufr. pet. Doctores vocant usum fructum causalem ad prin.
 6. *1. de usufr.* Hotmanus mixtum. *s. obs. 22.* † Sed nec
 illud quidem dominij pars est, cum etiã sine illo dominium
 maneat. Ut fructus non sunt pars fundi, licet nascantur
 ex fundo: ita usus fructus, etiã qui inest, non est dominij
 pars. *l. & per iurandum. 13. S. illud 2. de acceptil. licet*
 sit effectum dominij, & veluti fructus. *l. Mæuius. 66. S. sun-*
 7. *do. 6. l. cum filius. 76. S. dominus 2. de leg. 2.* † Mul-
 tominus pars erit dominij à proprietate separatus, per se exi-
 stens, & alienus factus. *h. l. n.* Ususfructus per se, quem

Dd. for.

Ad. formalem, *Hotmanus* *metum nominant*, est *servitus*.
1. i. de *Servitut.* *Servitutes non sunt quid detrahens essentiae*
praedij, Sed tantum praediorum qualitates, seu praedia qualiter
se habentia. — *l. quid aliud. 86. inf. h. tit. l. via 23. § Si*
fundus 1. de S. P. R. Qualitas non est pars essentiae. † Est 8.
quidem & servitutum modo quodam dominium, & usufru-
ctuarius dominus. l. in vendit. 8. in prin. de reb. auto. jud. pos.
Sed illud dominium non in re nostra, sed aliena est, non
rei aut fundi dominium, sed juris in fundo. l. 1. & 2. de us
usufruct. Hic autem quaerimus de *dominio rei ipsius seu fun-*
di, cuius proinde usufructus nec pars, nec species est. † 9.
Quid ergo est, quod item Paulus in l. 4. de usufruct. ait u-
sumfructum in multis casibus esse partem dominij. † Beneficio.
scilicet notandum, quod ait in multis casibus. Sive usum-
fructum per se intelligat, quod est verius! cum simpliciter
dicat usufructum ibidem loci, ubi titulus ipse ostendit hanc
acceptionem: sive proprietati inhaerentem: deinde sive par-
tem integri aut universi intelligat: profecto usufructus aut
semper, aut nunquam erit pars dominij. Pars enim eiusdem
totius, pars vel in omnibus, vel in nullis sic est casibus. Hoc
ergo non vult ibidem Paulus. † Quin potius, quod alibi Pa-
pinianus exprimit in l. Titio. 33. § usufructum 1. eodem. tit.
hoc Paulus tacite per partem intelligit, effectum scilicet par-
teis. Usufructus in multis casibus in eo loco est, eodem jure
utitur, quo utitur dominium, ac si esset dominii pars, aliter ac
reliqua servitutes. l. 4. de Servit. Dominii partes eodem, jure
eum ipso dominio utuntur. arg. l. quae de tota. 76. de rei vmd.
Godd. hic num. 22. Usufructus non est quidem revera dominij
pars. h. l. n. attamen effectum partis in multis casibus obtinet
veluti quod ex die dari potest d. l. 4. de usufruct. † Usufreu-
ctus initio & quo ad constitutionem est similis dominio seu
proprietati: quia continet totum rei fructuariae emolumentum.
l. l. Moerius 66. § fundi. de leg. 2. l. qui usufructum 58. de v. O.
In fine autem usufructus dissimilis dominio: non enim est eius
causa perpetua, sed cum persona extinguitur. l. sicut. 3. § fin quib.
mod. usufri. amitt. ne scilicet in univrsam inutilis esset proprietas.
l. omni.

Ad. formalem, Hotmanus metum nominant, est servitus.

l. omniam. 3. § penul. de usu fruct. & in de sit usufructum in quibusdam casibus non partis effectum obtinere d. l. si Titia 33. § l. de usu fr.

Ad. §. i.

Quintus Mutius ait, partis appellatione rem pro indiviso significari, nam quod pro diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Servius non in eleganter partis appellatione utrumque significari.

1. Aliud est divisum esse, aliud dividuum. Illud actum, hoc
2. potentiam denotat. Dividuum est, quod partes recipit. † Partis appellatione Q. Mutius putabat, tantum rem pro indiviso significari: id est rem non actu divisam sed intellectu: totum ex singulis suis partibus constatum. Partes existimabat dici respectu totius. Totum autem in partes actu divisum non constare amplius suis partibus: & totum esse desinere: inde nec partes recte dici pro diviso, quæ non essent totius, sed totum per se esse inciperent. Exempli gratia. Sempronius servus, capite, pedibus, & alijs partibus constat: fundus Tusculanus tribus regionibus tanquam partibus integrantibus. At si actu in istas partes dividantur, nec Sempronius, nec fundus Tusculanus is erit, qui fuit: nec proinde partes dicentur recte eius, quod totum esse desinit. † Servius contra, & pro diviso partes significari partis appellatione, cuius sententiam Paulus probat. † Id non tantum intelligo cum Alciato, hic habitâ relatione ad tempus quo ad huc nihil divisum erat. *l. insula 56. in fin. de acq. rer. dom. aut in re. cuius constitutio pendet à domini voluntate: l. Cajus 86. §. 1. de leg. 2.* Sed de rebus omnibus partes pro diviso recipientibus. Est enim totum quoddam constans partibus pro diviso, quod scilicet tanquam genus consideratur, & partibus pro diviso seu numero dividitur. *l. in stipulationibus. 54. de V. O. l. cum Stichus. 39. de solut.*
3. sit. †
4. pellatione, cuius sententiam Paulus probat. † Id non tantum intelligo cum Alciato, hic habitâ relatione ad tempus quo ad huc nihil divisum erat. *l. insula 56. in fin. de acq. rer. dom. aut in re. cuius constitutio pendet à domini voluntate: l. Cajus 86. §. 1. de leg. 2.* Sed de rebus omnibus partes pro diviso recipientibus. Est enim totum quoddam constans partibus pro diviso, quod scilicet tanquam genus consideratur, & partibus pro diviso seu numero dividitur. *l. in stipulationibus. 54. de V. O. l. cum Stichus. 39. de solut.*

Ad l. 26.

Partum non esse partem rei furtivæ. Scævola libro undecimo questionum scribit.

Factus

Partus pecorum est: parrus etiam hominum. § In pecudum. 37.
Inst. de R. D. vide etiam Val. lib. 4. eleg. 71. Partus non est in
fructu. Perceptio fructuum est naturalis & facti: l. bonæ fidei.
48 § in contrarium. 1. de acq. rer. dom. Jure autem naturali
non sunt servi, sed omnes homines æquales. l. quod attinet. 32.
de R. 1. Fructus non sunt pars rei, ut dictum ad l. recte 25. Sup. h.
ii. Partus ancillæ licet in fructu non sit, nec tamen ipse est pars
ancillæ. quia ancilla ex partu non constat. Partus totum
per se est, & proprio suo jure censendus † Quod pertinet ad
quæstionem an furtivæ ancillæ partus vsucapi possit, de quâ in l.
si aliena 10. de usucap. l. 4. § heres. 15. & seqq. eod. l. qui ras. 48.
§ ancilla. 5. de furt.

Ad 27.

Ager est locus, qui sine, villa est.

Principio huius legis conjungam. l. locus 60. l. quæstio 2.
15. l. urbana. 198. l. fundi. 211. inf. hoc. tit. Prædium Isidorus
dictum vult lib. 15. cap. 13. quasi prævidium, à providendo: vel
quod agri capti prædæ loco haberentur. Varroni. lib. 4. de ling.
lat. dicitur à præstando: quod fidem præbet. argto. l. penul.
quisatid. cog. † Prædium generale nomen est. d. l. quæstio 2.
115. & vel absolutè & in se considerari potest, vel relatè, &
quoad nos. Absolutè consideratum fundus dicitur. † Fun-
dus dicitur à fundando. Gôdd. ad. d. l. 60. n. 4. in fin. Vnde
interdum fundus pro autore & fundamento. Alciad. d. l. 115. n.
2. & fundus pro fundâ seu marsupio. Cuius. ibid. † Fundus
consideratur aut ut genus, aut ut totum. Illo modo fundus
est omne, quicquid solo tenetur. d. l. 115. Et est vel quid in-
tegrum, vel pars integri arg. l. uxori. 35. de usu & usufr. legat. 1.
l. 15. inf. de instr. legat. Fundus ut integrum seu totum in specie
dicitur fundus certis limitibus determinatus. d. l. 60. d. l. 211.
† Locus itidem solo tenetur. Gôdd. ad. d. l. 60. d. l. 211. Sed
quatenus fundus integrum aliquid est, locus non species, sed por-
tio fundi est. An autem integrum sit, an portio, seu an sit fun-
dus locus, ex domini voluntate dependet. quatenus is unumquod-
que

que habuerit & finibus determinaverit nec ne. *d. l. 60.*
 6. † Locus aut cum edificio est, aut sine edificio. *d. l. 211. inf. b. tit.* Locum plerumque sine villâ accipimus *d. l. 60.* Sed ta-
 7. men etiam villæ locus dici potest, *arg. b. l. n.* † Edificium urbanum est, aut rusticum. Urbana ædificia ædes: rustica villæ dicuntur. Urbanum ab urbe, rusticum à rure derivatur. Urbs etiam à rure loco distet, tamen ipsa loci differentia facit & differentiam usus, ut urbis usus urbanus, ruris rusticus sit plerumque.
 8. † Ubi verò & in urbe interdum usibus rusticis quid destinatum fuerit; & ruri è contra usibus urbanis, ut locus & usus loci quasi invicem repugnare videantur: quæstio est, urbanum & rusticum an rectius à loco, an ab usu appellemus. Et Ulpianus definivit, urbanum prædium non locum facere, sed materiam. *in d. l. 198. inf. b. t.* Per materiam intelligit non primam & informem: Sed formatam, more locorum. *ut in l. in venditionibus. 9. § inde queritur. 2. & leg. seqq. de cont. empt.* Formam autem præbet usus. *l. quemadmodum. 12. de supel. leg.* Imperatores vocant qualitatem *in l. si prædium 16. C. de præd. min. non alien.* Pomponius genus *in l. urbana. 116. inf. b. tit.*
 9. † Quod ipsam urbem & rus suis nominibus appellari facit, usus scilicet palmarius: id valet etiam in urbe efficere ne quid urbanum sit, ubi scilicet usu urbano destituitur: Sic & ruri, ne
 10. quid sit rusticum. † Horti qui sunt in urbe, ratione loci urbani sunt semper: Sed si usus eorum potissimus sit rusticus, quod contingit, si plurimum sint in reditu, ut olitorij, non dicentur prædia urbana. E contra si tantum voluptatis causa sint
 11. et si ruri sint, urbanorum prædiorum appellatione veniunt. † Similiter & stabula, & si communiter pro stabulandis jumentis & armentis comparata sint, & sic usus rustici causa: tamen esse potest, ut paterfamilias non spectet istum usum primario, sed mercedem ex usu. Et iste usus paterfamilias non
 12. est rusticus, sed urbanus: & si stabula eiusmodi, vel alia meritoria in villis & vicis sint. *d. l. urbana. 198.* † Nec contradicit Neratius *in l. eo jure 4. § stabula. 1. in quibus causis pig. taci. contrahitur.* Tractat de prædijs quæ locantur, quatenus inducta illata in eadem, pro mercede, domino pignori sint,
 Cumq;

Cumque de urbanis id affirmasset, pergit ad stabula que non sunt in continentibus ædificijs, in his quæstionis propositæ terminis, scilicet quando pro certâ mercede locantur, à loco rustica, an ab usu urbana habenda sint. Et si enim urbs muris finiatur. *l. 2. sup. h. tit.* continentia tamen ædificia sunt veluti vrbis quædam accessio, vt ratione loci hæc pacto urbana appellari possint. Hæc ratio, quia ad stabula ab alijs ædificijs separata pertinere non poterat, sine dubio ait Neratius, non esse urbanorum prædiorum, si scilicet locum spectare volumus. At locum spectandum esse, & ex loco prædia urbana vel rustica dici, nequaquam ibidem sed contrarium potius determinat, scilicet eiusmodi stabula, in usu juris non multum ab urbanis prædijs differre. In eo differunt, quod quædam prædia & loco & usu urbana sint; stabula illa usu tantum, non loco: Sed locus non multum facit, cum ei prædominetur usus ut subiecto forma. *d. l. 4. in fin.* † Fundus aut locus sine ædificio 13. in urbe est area, ruri est ager. † Area locus ad generandum 14. non idoneus, nec in hoc paratus. *d. l. fundi. 211. & ibi. Gôd. inf. h. tit.* † Ager est locus qui sine villa est. *h. l. n. Vil. 150* la est ædificium. *d. l. 122. inf. b. tit.* Ergo & ager locus rusticus sine tali ædificio. Vbi villa est, locum quem villa occupat arare & agendo vertere non possumus. Locus igitur ille non est ager, nec agri pars. *l. si ita. 17. in fin. de Inst. & Instrum. leg.* Locus portio fundi est *d. l. 60.* Consequenter & ager portio fundi, quemadmodum & villa pars fundi habetur. *d. l. si ita 17. in fin. de Inst. vel Inst. leg.* Sed ut locus destinatione domini integrum quid esse potest, ita & ager, si dominus voluerit, fundus erit. *d. l. 60.* Et tunc nihilominus per Synechdochen partis pro toto poni, & agrum ita, sicut & locum, pro toto quodam pluribus partibus constante accipi posse, patet ex *l. locorum. 11. C. de omni agr. def. l. 1 & seqq. C. de fundo lmi.* Jurisconsultus autem in *h. l. n. de primâ & propriâ* agri significatione definit, vt male à Vallesensi vapulet *6. cl. g. 41. †* Prædium relatè consideratum dicitur possessio. *d. l. 117.* Possessionè Iureconsultus ibidem dicit esse usum rei, Usus primò denotat ipsam

ipsum factum utendi. Factum denotat vel ipsius rei detentio-
nem, aut perceptionem comoditatis ex re, seu *αὐτοχρησίου* aut *χρησίου*.
Cnjac. ad. d. l. 115. In hac autem definitione sumitur pro deten-
tione; qualiter in usucapione usus non rei commoditatem, sed de-
17. tentionem significat. Borch. ad pr. Inst. de usucap. † Utroque
significatu nomen translatum ad ius, ut ipsum jus utendi significet
18. l. 1. & tot. tit. de usu & habit. Quia vero nemo utitur nec jus
utendi est, nisi sit res, cuius dicatur usus; etiam ad rem ipsam,
vel ex facto, vel ex jure ejusmodi consideratam transferri coepit,
19. ut in l. 2. § 1. ibi. *domus usus* de usu & habit. & alibi. † Simi-
liter possessio primum ipsum detinendi factum denotat. l. 1. &
tot. tit. de acq. pos. Cumq; factum illud non semper defende-
retur directo dominio, sed alio quodam jure, etiam jus illud pos-
sessio dici coepit Sive universale esset, l. 3. & tot. tit. de bon. pos.
sive singulare. tot. tit. si ager rest. vel emphi. pet. l. cum satis. 22.
20. C. de agr. & cens. lib. 11. † Deniq; ad rem ipsam cum hac qualia-
tate consideratam, cuius scilicet proprietate ad nos non pertine-
bat, nec pertinere poterat, a nobis tamen sive jure aliquo, sive fa-
cto ipso detinebatur -hæc appellatio porrecta est: ita ut quans
quam rerum etiam mobilium possessio sit, quemadmodum & do-
minium. l. Pomponius. 13. de acq. rer. dom. tamen ut domini-
um a domo dictum Donel. 19. com. 8. imprimis rerum immo-
bilium dicitur: sic & possessio principaliter ad res immobiles re-
feratur, eiusq; significatio cum fundo, agro & prædio recte con-
feratur. d. l. 115.

Ad §. 1.

Stipendium a stipe appellatum est, quod per
stipes id est modica æra colligatur. Idem hoc et-
iam tributum appellari Pomponius ait. Et sane ap-
pellatur ab intributione tributum: vel ex eo, quod
militibus tribuatur.

I. non. Docet stipendium & tributum proprietate verbi non dif-
ferre, autoritate Pomponij, & utriusq; verbi notatione.
Eti

Est enim stipendium à re quæ contribuitur nomen sumserit à
stipe scilicet: tributum vel à facto contribuendi, aut à fine, dum
militibus tribuendum contribuitur: tamen & tributum per stia-
pes, id est modica æra colligebatur: & stipendium contribue-
batur militibus solvendum. † Postea onere contributionis in
agros translato, stipendiarij agri cum conditione solvendi stipen-
dij vendebantur, tributarii locabantur: Stipendiarii deniq; po-
puli, tributarii Principis erant plerumq; *Cujac. hic & 3. Obs. 7.*
Gödd. ad h. l. n. 13. & seqq.

Ad l. 28.

Alienationis verbum etiam usucapionem con-
tinet. Vix est enim vt non videatur alienare, qui
patitur usucapi. Eum quoq; alienare dicitur, qui
non utendo amisit servitutes. Qui occasione ac-
quirendi non utitur, non intelligitur alienare: velu-
ti qui hereditatem omittit, aut optionem intra cer-
tum tempus datam non amplectitur.

Alienare est tradere seu transferre. § *per traditionem. 40. 1.*
Inst. de R. Div. Est activum, nec prædicatur nisi de personâ
agente seu alienante. Alienatio est actio ipsa seu actus, quo res
transfertur † In usucapione dominus ipse nec transfert rem
nec tradit. Non dominus tradit quidem, sed non transfert pr.
Inst. de usucap. Lex demum perficit translationem, & adiicit do-
minium per continuationem possessionis temporis definiti. *l. 3.*
de usucap. Igitur non per alienationem usucapiens rem acquirit,
sed per usum seu possessionem. *l. 3. § Neratius § ult de acquir.*
pos. l. ult. pro empr. † Exinde alienationis verbum non con-
tinet propriissime usucapionem. Continet tamen modo quo-
dam *h. l. n.* Continet etiam usucapionem, id est, ad usucapio-
nem extenditur. Etenim particula etiam denotat extensionem.
l. 2 de Off. Pret. Gödd. hincum. 3. † Eo modo extenditur, 4.
quo domini ipsius factum intervenisse videri potest. Vix enim
est, id est non multum abest, vt non videatur alienare, qui pati-
tur

B 3

tur usucapi. Hoc abest, quod non ipsemet rem transferat. Sed hoc non multum est. Lex enim ita transfert, ut si dominus velit, intra tempus praefinitum translationem possit impedire. Non impediendo igitur dum impedire potest, & res suas definito per legem tempore negligendo, approbare creditur traditionem à non domino factam, & censetur per illum tradidisse, quod perinde est, ac si ipse tradidisset. *c. qui facit per alium. 72. §. de R. I. in 6. †* Hæc ratio procedit ex introductæ usucapionis consequentiâ; non autem usucapio ex hæc ratione introducitur. Non enim ab initio consentit dominus traditioni à non domino factæ: nec ex post facto revera consentit rati habitatione, quæ nec locum habet, ubi nihil ipsius nomine gestum fuit. *C. ratum. 9. d. R. I. in 6.* Ubi vero usucapio introduceretur bono publico, ne rerum dominia essent in incerto, *l. 1. de usucap. ne id cum injuriâ domini, & sine factio ipsius fieri videretur, arg. l. id quod nostrum 11. de R. I. ipsam domini patientiam seu negligentiam potius, lex pro domini factio & alienatione accepit. h. l. n. l. si fundum. 60. de fund. dotali.* Nam qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea quia non facit. *l. qui non facit. 121. de R. I. †.* Eadem ratio est in illo, qui non utendo, servitutes amittit. *§. finitur 3. Inst. de usufruct. l. hæc autem 6. de servitut. urb. præd.* Nam & servitutes sunt in nostro patrimonio, ut non utendo amittentes easdem alienasse, nostrumque patrimonium minuisse dici possimus. *l. semper 15. §. ergo nonnunquam. 8. quod vi aut clam. dictum ad l. princeps 21. sup. h. tit. †* At cui occasio acquirendi oblata fuerit, veluti si hereditas delata. *§. extraneis. 5. Inst. de her. qual. & diff. aut optio legata. §. optionis. 13. Inst. de legat. 15.* occasione istâ non utendo, non dicitur alienare. *l. 4. §. 1. & 2. de alien. judi. mutand. caus. fact.* quia scilicet non ipse fuit quicquam, quod possit videri transtulisse. Frenim si non nuda sit occasio acquirendi, sed simul ipso jure dominium transtulerat, eius repudiatio recte diceretur alienatio. *l. magis puto. 5. §. fundum autem legatum. §. de reb. coram qua sub. tut. Alciati. hic. num. 11.*

Ad

Oratio quæ neque conjunctionem neque disjunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel disjuncta vel conjuncta accipitur.

Ad l. 29.

Conjunctionem enim nonnunquam pro disjunctione accipi, Labeo ait: vt in illâ stipulatione, mihi herediq; meo, te heredemq; tuum.

Oratio composita, quantum ad propositum, aut soluta 3. est, aut connexa. Hæc iterum aut conjuncta est aut disjuncta. Conjuncta est quâ dictione conjunctiva res & verba conjunguntur: disjunctiva contra, quâ verba quidem conjunguntur res disjunguntur. Frischl. lib. 4. Gram. cap. 5. † Conjuncta 2. oratio exigit omnia quæ conjungit: in disjuncta alterum fieri sufficit. l. si heredi. 5. de cond. inst. l. si quis ita stipulatus. 129. de V. O. Forst. 3. de success. ab intest. 32. num. 1. & sequent. † 3. Soluta oratio est, quæ nec conjunctionem nec disjunctionem habet. h. l. n. Igitur quoad verborum conjunctionem, æqui pollet alterutri æquæ. disjuncta non minus, quam conjuncta possit subaudiri. † Nec 4. ideo quod Iureconsultus in l. sepe 53. inf. h. tit. interdum ait soluta pro separatis accipi, regula statim in contrarium est, soluta accipi pro conjunctis, vt quidem Alciatus arbitratur ibidem num. 14. Sed particula, interdum ita, accipienda est ut, nec regulam faciat, nec exceptionem. † Unde verò sumendum 5. sit, verum pro conjunctâ an disjunctâ accipiatur, idem Paulus pariter definit ex mente pronuntiantis. Scilicet ut rerum significandarum gratia verba inventa sunt: l. Labeo. de sup. pel. leg. ita ex re significatio sumenda est, cum verba deficiunt. Quidni? cum & ipsam verbi naturam rei potestas muret, ut ad rubr. dixi. & ipsum verbum conjunctivum, nonnunquam pro disjunctivo accipiatur. l. conjunctionem 29. h. tit. † Ecce si 6. quis stipuletur sibi & heredi suo, te heredemque tuum datu-

rum

rum, sufficit stipulanti aut heredi ipse dari à promittente aut ab herede ipsius. *d. l. conjunctionem.* Coniungitur quidem heres non tantum verbis sed & reipsa, ut una res in stipulationem tantum venisse videatur communiter solvenda. *l. cum qui ita stipulatur. 56. prin. d. v. O.* Sed illa res communiter utriq; aut ab utroq; ideo dari non potest, quod personæ simul & eodem tempore taliter non sint. Vivens enim heredem non habet; & heres est nullius nisi defuncti *arg. l. nihil aliud 24. sup. h. tit.* Inde est cum simul stipulatori, & heredi dari nequeat, quod
7. copula Et resolvatur in disjunctivam, aut, vel similem † Aliud exemplum proponitur à Paulo in *d. l. Sape 53.* Lege duodecim Tabu. cavebatur, si furiosus extaret, agnatorum gentili-umq; in eo, pecuniq; eius potestas esset. *Baldum. ad l. 12. Tab. cap. 23.* Similiter si paterfamilias intestatus moreretur, familia pecuniq; eius agnatorum esset, gentili-umq; *Alciad. de l. 53. num. 6.* Gentiles non cognati sunt *ut putat. Glas. & Alciad. d. l. n. 8.* qui nec ad tutelam nec ad successionem lege. 12. Tab. vocabantur § *furiosus 3. inst. de curator. princ. inst. de Senatus cons. Tertul.* Sed sunt ab eodem primo communi genitore diversarum licet familiarum descendentes. Agnati ejusdem familiae: Gentiles sunt remotiores agnatis. *Revard. 5. var. resol. 1. & ad l. 12. Tab. cap. 13. Cuiac. ad d. l. 53. Gôdd. ibidem num. 8. & seqq.* In successione quidem & cura gentiles agnatis coniunguntur, sed non in paritate gradus quo deferuntur. Ut enim lex gradu proximum ad successionem vocabat: *Vlp. in frag. tit. 27. Revard. ad l. 12. Tab. cap. 19.* Ita non intelligebatur nisi proximum etiam ad tutelam vel curam vocare. *arg. tit. Inst. de leg. pat. tut.* & inde non simul gentiles cum agnatis, sed ordine successivo, prius agnatos, deinde illis deficientibus gentiles. Itaque & hic ipsa rei necessitas, ne lex legi contraria sit, copulam Et facit resolveri in alternativam. *vide Forst. d. lib. 3. de succes. ab §. intest. cap. 32. num. 5. & seqq. †* Ulterius Paulus in *d. l. Sape. 53.* regulam ex eadem ratione manantem, & superiori contrariam facit, etiam disjuncta pro conjunctis accipi, eamq; duplici exemplo confirmat. † Primum est de testamentaria tutela. Testamento nominatim dati tutores confirmantur lege. 12. Tab.
his

his verbis: Uti legasset super pecuniâ tutelave suæ rei, ita jus-
sio. Vlp. in frag. tit. 11. Pecunia patrimonium denotat: tu-
tela defensionem. Legatum patrimonij amplius est legato de-
fensionis. Continet enim latissimam potestatem disponendi de
ipso patrimonio. arg. in l. re mandatâ. C. mand. Ex rebus testa-
toris quodammodo sunt liberi. l. 1. de R. V. quos imprimis in
tutela esse conveniens est. § impub. 6. Inst. de attil. tut. Jjs ta-
men pater tutorem separatim non rectè dat. d. l. 53. † Nonio
quidem quod iisdem, quibus tutorem testamento constituit, etiam
necesse habeat pecuniam suam relinquere. Potest namque dare
tutorem licet exheredatis. l. Pater. 4. de test. tut. Sed quod tu-
tor non detur nisi testamento iusto, vel codicillis ad illud fa-
ctis l. 2. C. de conf. tut. l. 2. C. de test. tut. l. 2. ff. eodem. te-
stamenti autem fundamentum sit datio pecuniæ seu institutio
heredis. l. si. de her. inst. † Verbum separatim, non pertinet ad
personas, quibus tutor datur, quasi illis non rectè detur nisi cum
pecuniâ: sed ad ipsam tutoris dationem, quæ nulla est, nisi
simul disponat testator super pecuniâ seu patrimonio. Igitur
hoc tantum sensu & non ultra, disjuncta hic pro conjunctis ac-
cipienda: cum rei natura non ulterius exigat. quin poti-
us quantum ad pecuniam disjungat, quæ separatim sine tu-
telâ dari potest, ut principale sine accessorio. l. in testato 6. de
leg. tut. † Alterum exemplum est in verbis, Quod dedi aut dona-
vi. Dandi nomen continet traditionem ex quâcunque causâ:
etiam quod est loco traditionis. l. dedi ff. 76. in f. h. tit. Do-
natio denotat dationem ex liberalitate proficiscentem l. i. de
donat. Ut genus inest speciei suæ naturâ suâ: ita & datio dona-
tioni: & vicissim species continetur generalitate generis. Pro-
inde illorum disjunctio est impossibilis, ex indeque disjuncti-
va resolvitur in conjunctivam d. l. sapi. 53. † Denique
Paulus ibidem tria proponit exempla orationis solutz. Primum
est de formulâ: Quod cum dare facere oportet. Verbum facere
complectitur & dandi causam: l. verbum facere. 218. in f. h. tit.
Quando autem dationi opponitur, denotat factum sine aliqua
translatione. l. ubi autem 75. § qui id quod 7. de V. O. l.
inj. do

de fide. 50. de cond. & deman. Ergo cum stipulamur nobis
dari fieri oportere; aut si actioni inseramus idipsum; ne libel-
lus inutilis sit; aut ne in dubio contra promittentem interpre-
tatio summæ majoris fiat; accipiuntur pro disjunctis: Cum nihil
proponatur quo conjungantur; sed potius res ipsæ distinctæ sine
14 datio & factum. l. 2. in prin. de V. O. † Secundum exem-
plum est de liberto, contra ejus testamentum patrono non da-
batur bonorum possessio contra tabulas, si ab eodem donum,
munus, operas, redemisset. l. 4. C. de ope. lib. de quibus
præstandis patronus cum liberto pacisci vel etiam libertus post
manumissionem jurare solebat. l. ut juris jurandi. 7. § jurare au-
tem. 2. & 3. de oper. libert. Cum ambigi posset, an omnia red-
dimenda essent, an vnum ex his redemptum satis esset; Pau-
lus ex re ipsa definiendum putavit, vt redimantur ea tantum, quæ
15 fuerunt imposita: nam ad alia nequidem obligatus est. †
Tertium exemplum est de furto, ope consilio perpetrato. In-
terdum illa verba expresse conjunguntur, ope & consilio, &
tunc exprimitur factum tantum illius, qui consilio maligno opem
tulit. Vt in § interdum. 11. Inst. de furt. l. qui seruo. 26. in
prin. de furtis. Consilii adjectio ibidem opis explicatio est,
ne intelligatur de ope cui animus deest. Opi consilium
debet inesse, vt prosit ad furti actionem. d. l. 53. in fin. Et
opitulatio in hoc simpliciter posita, intelligenda nihilominus
est cui consilium insit. l. peculij. § si opem 4. de peculio †
16 Sed hic quæstio est de oratione soluta, quæ etiam disjunctim,
cum de ope, cui consilium insit: tum de consilio, cui insit
& factum, intelligi poterat. Quod furtum quis per alium
facit, dicitur consilio facere, quia instruit consilio ad furtum
faciendum. Per quem verò fit, quia adiutorium ad surri-
piendas res præbet, dicitur eius ope fieri. l. in furti 50. §
conf. 3. de furtis. Igitur an conjunctim pro facto opem ferentis,
an disjunctim pro diversis factis diversarum personarum,
17 acciperetur, dubitatum fuit. † Posterius probatur à Paulo,
primum autoritate Labeonis. intelligit Antistrium Labeonem.
de quo in l. 2. § 44. de O. l. Gell. 13. Noct. attic. 12. Ford.
seq.

fen 2. hist. jur. civ. 35. & in pract. m. 1. 2. Quia facta distincta sunt eius
Nerva. in pr. procom. depof. 2. Nam & qui
qui confilio, & eius qui ope furtum facit. Nam & qui
confilio furtum fecit, per alium contrectavit, quod perinde est
ac si per se fecisset; tum per semetipsum, lucrum percipiendo:
& qui opem tulit, lucrum spectavit, si non suum, tamen alte-
rius, eius scilicet, cui furtum fecit. Non tantum quodlibet
per se furtum est, sed & alterum ab altero furtum distingui ge-
neris. Nam quod tertium sit, etiam diversos effectus habent,
dum alij condici potest, alij non. Condictio furtiva rei per-
secutoria est. l. si profure. 7. §. 1. & 2. de cond. furt. Igi-
tur condici tantum potest illi, apud quem res est, non illi cu-
jus tantum ope factum est. l. ex furtiva 5. & l. seq. l. quod
ab alio. 15. eod. tit. † Ubi ergo res ipse in oratione soluta,
distinctæ sunt, utique interpretatio, quæ non aliunde quam ex
re hic sumi potest, non alia erit, quam ex sententiâ separanti-
um. Denique alterutrum ex illis verbis supervacuum esset
si conjunctionem acciperentur. Cum opi consilium, & consilium
factum inesse debeat. Si opi consilium desit, actio furti non
nascitur. d. §. interdum. 11. inst. de furt. l. in furti. 50. §.
recte. 2. eod. tit. Nec consilium habuisse sufficit, nisi & factum
secutum fuerit. Oportet enim eiusmodi delicta assumptio actu
intelligi. l. fugitivus. 225. inf. h. tit. l. 1. §. 1. de furtis † Ali-
ud est consilium furandi habere, aliud consilium alteri dare.
Consilium furandi habet, qui ipsemet vel per se vel per alium fur-
um facturus est: de quo d. l. 53. in fin. Consilium dar, qui non habet
autonum participandi de furto. In illo distinctio est de facto secu-
to, vel non secuto. De hoc indistincte dicitur quod furti non tene-
atur d. §. interdum. 11. in fin. Nam etsi factum eius, cui consilium
datum est, sequatur, tamen non est consulentis, sed alterius. Consu-
lens nec tum quidem lucri faciens, dicitur contrectasse dicitur, ut
ipsi definitio furti competat. d. l. 1. de furtis. Consilium nudum
manet, & mandatum furis tantum gratia interveniens, de quo apud se
explorare debuit, a tibi expediret. §. tua tantum gratia 6. inst. de. manda.

Ad. l. 30. & S. sequentes.

Silva ex dua est (ut quidam putant) quæ in hoc
habetur,

62

habetur, ut caderetur; Servius eam esse quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur.

S. 1. Stipula illecta, est spicæ in messe deiectæ, nec dum lectæ, quas rustici, cum vacaverint, colligunt.

S. 2. Novalis est terra præcisa, quæ anno cessavit, quam Græci *νεανίη* vocant.

S. 3. Integra autem est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.

S. 4. Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit.

S. 5. Pascua silva est, quæ pastui pecudum destinata est.

1. Pertinet hæc lex ad usufructuarium, qualiter usu fructu utatur rectè & fructus suos faciat. Gôd. hic num. 2. Singula pau-
2. cis exequar †. Primò definitur silva. Frischlino 1. Gram. 1. silva latinum nomen est, à sileo deductum Vallæ. 4. eleg. cap. 56. est nomen generalius, etiam lucum, saltum, & nemus comprehendens. † Docendi causâ distinguamus silvam in religiosam & non religiosam. Silva religiosa vel alicui Deo, vel alicujus hominis cineribus consecrata, dicitur lucus. Val di. loco. Silva non religiosa voluptatis causa comparata dicitur nemus. Ratione utilitatis Silva, aut cædua est, aut pascua. † Cæduam silvam Cæjus duplici definitione declarat. Prior desumpta est à fine & intentione patrisfamilias. Utitur enim eadem ad ligandum. Qui usus ut perpetuus sit, obstacula removenda, veluti pecorum conculcationes, depastiones, & si quid aliud impedimento esse potest, naturæ, sine aliquo extraneo adjumento vi propriâ repullulanti. Inde huic silvæ peculiaris qualitas, quod succisa rursus ex stirpibus & radicibus renascatur, à qua posterior definitio æque perfecta & bona dependet. E contra pascua silva pecudum pastui destinata. Si succideretur, renasci nequiret, non naturæ vitio, sed ipsius pastus obia-

eulo. †. 2. Definitur stipula illecta. Stipula frumenti calamus 6.
est seu culmus, quo spica grana continens, sustinetur. Stipu-
lam dejectam agricola acervatim imprimis colligit, nec singulas
temporis redimendi causa persequitur. Otio autem nato
quicquid in agro remanserat, minutim legit, non propter sti-
pulas, sed propter grana, quæ in spicis sunt. Inde stipulam
illectam dicit esse, spicæ in messe dejectæ, nondum lectæ. † 3. 7.
Definitur novalis, quod sit terra præcisa, id est antea scissa seu
preparata, quæ anno cessavit, sive uno tantum anno, sive anno
amplius, cum minus insit majori. Nam terra, quæ lignis ex-
cis, nunc primum ad culturam preparata est, quia antea nullâ
hominum memoriâ culta fuit, tantisper sanè atq; sic etiam an-
no cessavit, ut hæc novalis appellatione indubitate venire debe-
at. c. qui per novale 7. h. tit. Cap. ult. de privil. in 6. Goth. ad h.
l. n. † 4. Definitur terra integra, ad id scilicet cui à pa- 8.
tres familias destinata est, integra adhuc ad pecus pascendum,
nondum depasta. † 5. Definitur glans caduca. Glandis ap- 9.
pellatione omnis fructus continetur. l. qui venenum. 236. § 1.
inf. h. tit. Glans caduca est, non quæ cadere potest, qualiter
glandes omnes caducæ dici possunt: sed quæ cecidit, ut non
ad potentiam referatur, sed ad actum. † 6. Definitur silva 10.
pascua de quâ iam in pr. h. l.

Ad l. 31.

Pratum est, in quo ad fructum percipiendum
falce duntaxat opus, ex eo dictum, quod para-
tum sit ad fructum capiendum.

Lex per se manifesta est: Pratum est paratum ad fructum
percipiendum. Quo ipso à prati appellatione removentur ter-
ra infrugifera & incultæ. Deinde terræ frugifera, sed non ex
scriptis ad fructum percipiendum paratæ: veluti agri sunt, qui co-
lendi, & pascua, quæ non sunt fructuum percipiendorum gra-
tia. Nec silvæ etiam caducæ ad fructum percipiendum ita pa-
ratæ sunt, cum ibi opus sit securi, ferrâ, alijsque instrumentis qui-
bus ligna ad usum præparantur, licet de arboribus post aliquot
annorum

annorum cursum maturis, loquamur. Ad focum autem percipiendum falce duntaxat opus est; annis singulis pratum ad hoc paratum.

Ad l. 32

Minus solutum intelligitur, etiam si nihil esset solutum.

1. Si ita à te stipulatus fuero: Quanto minus à Titio consecutus fuero, tantū dare spondes: non solet dubitari, quin si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerat. *l. si. à te. 150*
2. *inf. h. tit.* Ratio est in *h. l. n.* quod minus solutum intelligatur, & si nihil esset solutum. † Iuxta solutionis requisitum est, ut debitum solvatur eorum. *l. tutor. 41. § 1. de usur. Gōd. hic num. 9. & de contr. stip. cap. 6. n. 265. & cap. 12. n. 3.* Proinde si nihil solutum sit, facilius intelligitur, solidum non esse solutum, quam si aliquid, sed non omne. † Particula minus, vim quidem comparandi habet; sed hic comparatio non in verbis, sed in re est; non comparatur cum parvo, sed cum toto, quod minuit; minuit autē maxime si ej nihil relinquat. *l. illud. 7. § 2. de trib. act. l. amisti § 2. de fide inst. l. decem. 116. de V. O. l. fin. de reb. cred. Gōd. hic num. 6.* † Ut superlativus augens, continet comparativum: ita minuens continetur comparativo, quia semper minus inest majori, non contra argto. *l. 1. § stipulandi 4. de V. O.*

Ad l. 33.

Palam est, coram pluribus.

1. Coram aliquo facere, est in presentia alicujus facere. *l. coram. 209. inf. h. t.* etiam unius vel alterius. Cuius. hic. Palam facere est, coram pluribus facere. *l. sed si. 11. § proscribere. 3. de inst. actio. l. est quis impedit. 14. § sed interdum. 7. & seq. de relig. & sump. fun. l. 1. l. ediles. 38. de edil. edict. l. palam 43. de ritu nupt. l. h. r. 21. qui test.*
2. *fac. l. ult. de jur. codicil. l. post rem. 56. de re judic. l. 3. de jur. fisci. †* Numerus pluralis contentus est duobus. *l. ubi num. 12. de test. nisi*
3. negotij natura plures requirat. *d. l. her. 21. Gōd. hic. †* Quæ autem differentia sit inter evidens, seu notorium, manifestum, liquidum & clarum tractat Aleiat. *hic num. 2. & seqq.*

Ad l. 34.

Actionis verbo etiam persecutio continetur.

l. i. § 1. pp. b. h.

Adl. 35.

Restituere autem is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore, res ei reddita fuisset, id est & usucapionis causam & fructuum. Explicata est jam hæc lex in *l. plus 22. sup. hoc tit.*

Adl. 35.

Litis nomen omnem actionem significat: sive in rem, sive in personam sit.

Lidorus 18. *Etymol.* 15. *litē* à contentione *limitis* prius nomen sumisse putat. *c. forus 10. x. de V. S.* fortè quod primæ inter homines lites fuerint de limitibus. Ex sacris autem apparet primam *litē* fuisse de sacrificio seu *liratione* *Gen. 4. vers 3. & seqq.* ut si originem spectare malimus, *lis* potius à *litando* dici debeat. † *Litis* nomen imprimis pertinet ad ipsum factum litigandi, iurgium seu controversiam. Iurgium quidem, esse dissensionem inter benevolos de re leviori, *litē* inter inimicos de re graviore, ex Nonio Marcello & Cicerone notavit Gôdd. hic num. 4. in fin. Similiter apud Rhetores *litē* accipi pro re principali, de quâ agitur; controversiam pro questione, quæ ex *lite* deducitur, in *litē* incidit Cujac. ad *h. l.* notavit, sed addit, his vocabulis sæpè nos abuti. † Et licet *lis* extra iudicium dici possit. *Alc. hic num. 3.* tamen quia extrajudiciales lites vanæ sunt & sine effectu, ne dicam prohibita & cavenda arg. *l. si cuius 13. § Sed si 3. de usufr. l. extat. 13.* Quod met. *caus.* primaria *litis* appellatio est de judiciali. † Quia vero ibidem sine jure nemo litigat rectè; *litis* nomen ad jus transferri, & pro ipsâ actione usurpari capit. *h. l. n.* etiam in criminalibus. *l. ex iudiciorum 20. de accusat.* quatenus scilicet & ibi actio esse dicitur. *l. in senatus cons. 15 § si propt. ad Turpil.* † Actio quidem & ante *litē* contestatam est potestate: arg. *l. nec ex Prætorio 23. Inf. de R. l. l. quamvis 40 ad Treb.* Sed actio non est nisi post contestationē, per quam primum incipit in iudicio persequi § *1. Insi de act. suben. offeratur inf. C. de litis cont.* & nunc alia esse videtur quam antea fuit

fuit, novata scilicet. l. 1. § idem scribit. ii de peculio l. diem
6. 29. de novatio. † Inde & ipsum litis nomen potissimum in-
telligitur de actione jam contestatâ, ipso iudicio & instantiâ. l.
& post editam. 73. § circumductio. 2. de iudicijs. l. properandum
13. C. eodem. l. 1. de in lit. jur. l. dirus. 5. l. sed et si. 25. § Si an-
7. te. 7. de her. pet. l. 1. C. litis. contest. Gôdd. hic. 8. † Nec
res litigiosa vocatur nisi post litem contestatam. l. 1. § 1. de
litig. Cujas. hic.

Ad l. 37.

Verbum oportere non ad facultatem iudicis
pertinet. qui potest vel pluris vel minoris condem-
nare; Sed ad veritatem refertur.

1. Explicat quo referatur verbū OPORTERE in iudicijs. Ver-
bum oportere necessitatem imponit l. cum hi. 8. § arbitrata. 16. de
transact. l. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. qua. lib. Gloj. hic. imponit ne-
cessitatē non cuicumq; sed ej ad quod refertur. † Inde in iudicijs
quæstio est. an referatur ad iudicem, an ad rem in iudicium dedu-
ctam. Veluti si iudex iusjurandum in litem detulerit, ut actor juret
quantū dari fieri sibi oporteat. Verbum oportet, ibi ad veritatem
refertur, id est actor eâ formulâ intra veritatis metas continetur,
ne ultra juret quam quanti sua interesse, & revera putat sibi de-
beri: Iudex autem non adstringitur, quo minus à summâ jura-
mento actoris taxata recedat, & pluris vel minoris condemnet.
2. l. videamus. 4. § deferre 1. & seqq. de in lit. jur. † Accursius ali-
ud exemplum ponit. ex. l. si a. colono. 89. l. cum stipulamur.
125. de V. O. Cujacius exemplum ponit ex l. qui restituere 68.
de R. V. † Bene autem hinc colligit Alciatus. hic eousque arbi-
trium iudicis protendi, ut ab eo quod verè debetur, recedere
possit, & ex causa condemnationem vel augere vel minuere, idque
exemplis num. 2. seqq. declarat.

Ad l. 38.

Offentum Labeo definit omne contra natu-
ram

ram cuiusq; rei genitum, factumq;. Duo genera
autem sunt ostentorum: vnum, quotiens quid con-
tra naturam nascitur. tribus manibus fortè aut pedi-
bus, aut quâ aliâ parte corporis, quæ naturæ contra-
ria est. Alterum cum quid prodigiosum videtur
quod Græci *Φαντασμα*, vtiones vocant.

Ostentum, monstrum, portentum & prodigium mihi Syno- 1.
nima videntur; cum ab ostendendo, monstrando, scilicet futurum
aliquid, portendendo & prædicendo dicta sint. *Alc. hic num. 1.* quæ
& ipsa sunt Synonima. Juris consulti quoq;, ut alios autores tace-
am, hæc ab invicè non distinguunt. *l. non sunt liberi. 14. de stat. hom. 2.*
l. queret aliquis 135. h. t. † Nec in hæc lege nostrâ Ulpianus ver-
borum differentiam proponit, Sed rerum. Primùm enim definit
ostentum, autoritate Labeonis, omne contra naturam cuiusq; rei
genitum factumque. Verbum omne vniversale est, quod pro-
inde omnes complectitur casus, nec ad res tantum animatas senti-
entes restringi potest. *arg. l. in fraudem. 15. § ult. de mil testa. l.*
i. § quod. 3. de aleat. Tiraquel. in præf. l. si unquam. 8. n. 116.
C. de revoc. donat. præsertim cum hic nihil additum reperiatur
quod restringat, sed potius quod ampliet, veluti verba cuiusque
rei, quæ ad naturam relata omne ens naturale complectuntur.
Arif. in epis. metaphis. de ente. pag. 25. & seqq. & 179. quod ipsum
etiam res ipsæ docent, quæ licet sint non sentientes, contra natu- 3.
eam gigni fieriq; possunt. † Contra naturam dico, non com-
munem illam & vniversalem, quæ etiam in ostentis seu monstris
est principium motus & quietis. *Zabarel. in l. b. de natura sed con-*
tra naturam. cuiq; rei propriam, a quâ ostenta ob causas quasdam
eamdem immutantes degenerant. Alc. add. l. 135. num. 4. Lemnius.
l. occult. nat. mirac. 8. & 15. † Contra hanc naturam osten- 4.
ta aut nascuntur, aut fiunt. Inde Ulpiano nostro duo ostento-
rum genera. Quæ nascuntur, revera contra naturam sunt. à quâ
deflectunt; dum non similis generis aut speciei, cum illo, à quo
nascuntur, *Aristot. 1. de gener. 5.* † Nasci verò dicuntur 5.

D

non

non animantia tantum, sed & vegetabilia. l. item si fundi. 9. in pr. de usufr. Imo & mineralia. l. fructus. 7. § si per in fundo. 13. 6. & seqq. solut. matr. † Nascuntur contra naturam, vel in totum, vel pro parte. In totum, cum forma mutata est, ut cum ex homine nascitur canis, aut alterius magis animalis, quam hominis partus. d. l. quæret aliquis. 135. inf. h. t. Cumq; forma deficiente, rem ipsam deficere oporteat: arg. l. Iulianus. 9. § sed si quis rem. 3. ad exhib. huiusmodi partus homo non erit, nec hominis jure utetur. l. 3. in fin. C: de posth. & primario vocatur monstrosus seu prodigiosus. in d. l. non sunt liberi 14. de stat. homi. nec prodest parentibus; nisi nudum pariendi factum spectetur, non 7. partus ut in d. le quæret. 135. † Pro parte contra naturam nascuntur, quibus formâ principali integrâ manente, membrum aliquod, aut quantitas, seu proportio justa de est, aut super est. Alc. ad d. l. 135. n. 1. qui licet integra animalia non sint, aliquatenus tamen videntur effecta, & jure perfectorum utuntur. d. l. non sunt liberi in fin. l. quod dicitur. 12. § 1. de liber. & posth. † Ostenta quæ fiunt, non videntur in sese contra naturam esse: cum peculiari aliquâ destituantur, à quâ dici possint degenerasse. Nobis tamen, quod rara & terribilia sint, contra naturam videntur. Unde hoc genus ab Ulpiano definitur illud esse, cum quid prodigiosum videtur; veluti si quæ subito occurrat species aliqua Alc. hinc num. & 2. seqq. si per cœlum videatur concurrere acies. Cuj. hic in fin.

Ad l. 39.

Subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est, nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione uti solebant.

1. Signum est indicium, quo res aliqua notatur: estq; vel transiens, vel permanens. Transeuntia signa sunt, quæ nullum opus post se reliquunt, sed ipsâ significatione finitâ evanescent, ut verba ore prolata: Permanentia signa durant, veluti quælibet scripta, picta aut impressa, quæ proinde imprimis signi appellatione veniunt. Hinc est signare, id est signum imprimere: & subsignare, quasi sub-
2. ter seu infra signare. † Sed cum ipsum signum & pro re signante seu instrumento, quo signamur, & pro re signata seu figura impressa

pressa accipi, & figuræ non tantum annulo, aut sigillo
imprimi, sed etiam literis scribi aut pingi possint; subsignatum,
quomodo accipiemus? Paulus observavit obsignatum dici, quod
ab aliquo subscriptum est, quia veteres subscriptionis verbo pro
adscriptioe seu subscriptione vsi sunt. † An Paulus ad jus ob-
solerum, de sacris familiæ & gentis defuncti heredi subsignandis
respexerit, quod Cujacius hic opinatur, incertum est. & si respex-
isset, nobis tamen videndum magis quo respexerit Justinianus,
qui illis, quæ in desuetudinem abierunt rescatis, l. 1. § 2. C. de
nov. Cod. sac. omnia voluit ex suâ autoritate censerî. l. tam cir-
ca nos. 2. § tanta. a. 10. C. de vet. jur. enucl. Ergo & nunc stet
decisio, subsignatum esse idem quod subscriptum, licet decidendi
ratio ab autoritate veterum sit. l. si non subscripsisti. 15. C. de adm.
tut. † Veteres ideo subsignationis verbo pro adscriptioe vti
soltos arbitror, quod scripura sit veluti signum specialius annu-
lo signatorio, aut alio aliquo. Quia signatorius semel sculptus ad
quascunq; postmodum subsignationes etiam ignorante domino
ab alijs adhiberi potest: at scriptura toties singulatim repetenda,
& semper de novo ac specialiter formanda, quoties res exigit. †
Inde major fides scripturæ subscriptæ & non sigillatæ, quam si-
gillatæ & non superscriptæ. Gôdd. hic num. 3. imò regulariter sigil-
lum, vt testis mutus & incertus, de se nihil probat. Menoch. 2.
arb. jud. quæst. 113. & lib. 2. præsumpt. 57. quanquam in testa-
mentis vt pote in re maximi momenti, vtrumq; requiratur l. ad
testium. 22. § si quis. 4. de testam.

Ad § 1.

Bona intelliguntur cuiusq; quæ deducto ære alic-
no supersunt.

Pendet ex dictis ad l. princeps 22. sup. h. t.

Ad § 2.

Detestari est, absentî denunciare.

Nunciare est indicare, significare, monere. l. fin. § fin. de 1.
l. jul. de annon. l. possideri. 3. § si quis. 8. de acq. pos. Denuncia-
re est, cum effectu nunciare. Particula enim De auget, atq; actû
effica-


emcacionem demonsttat. *Gell. 6. Noct. Att. 16. Alc. ad l. de tea*
2. *stat. 40. num. 10 inf. h. t. † Denunciatio aut simplex est aut*
solennis. Hæc fit testato seu testibus adhibitis, sitq; vel præsentis,
vel absentis. Præsentis facta dicitur attestatio. Gō. l. hic num. 3. ab-
senti testatō denunciare est detestari. h. §. n. Genus detestatio-
nis est denunciatio. l. 40. l. plebs 218. §. 1. inf. h. t. l. item remis
unt. 20. §. positum. 11. de petit. hered. l. 4. §. Prætor ait. 5. de
dam. infect. Differentia quâ se jungitur à simplici denunciatio-
ne, quod fiat cum testatione, id est testibus adhibitis. l. Sempro-
nus. fin. pro dereli. Differentia, qua se jungitur ab attestacione
est, quod fiat absentis h. §. n.


Ad §. 3.


Incertus possessor est, quem ignoramus.

6. Possessor est qui rem detinet eademq; insistit. *l. 1. & tot. tit.*
de acq. vel amit. pos. Incertus possessor dicitur, non respectu ipsi-
us, cum possessio corpore & animo acquiritur. *l. possideri. 3. §.*
& adipiscimur. eod. nec respectu rei possessæ, quam ut incertam
nemo possidere potest. d. l. 3. §. incertam 2. Sed respectu no-
stri, quibus incertum esse potest, quis possessor sit: sive per re-
rum naturam *ut in l. 1. §. fin. si pars hered. pet. l. quod debetur.*
§. 1. de pecu. §. incertis 25. Inst. de leg. Sive per nostram ignoran-
tiam *l. 4. §. totiens. 6. de dam. inf. quæ tolerabilis, ut pote facti*
alieni. l. fin. pro suo.

FINIS.









AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum i
cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo
valide cambialiter conveniri posse, docet BE
For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho
IV. §. 4. p. m. 833.


8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de*
excussio iure Saxonico et aliorum locorum leg
cambium et pactum obligationis ad carcerem c
xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca
Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione*
causa debiti. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI
de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III
jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti
promittit.

§. CXVIII.

Obligatio *ad obstagium* etiam ab obligatione d
rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem noi
bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in
fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q
cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob
gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu*
tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin*
nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das
gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com
dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall
des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g
auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.
obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis, Ha*
re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus*
bus *Spirensibus* an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3



77

us
ibi
sc.
ap.

um
em
Sa-

m.
ex
m.
ru-
ste

ce-
de-
offi-
lo-
un-
en-
sch
or-
er
ffe
ar-
ad
ne-
vi-
id.
Ex-